

scit qui nihil ignorat. inf. de iudi. cap. nouit. vnde dicitur, qd vbi apparent signa extrinseca metus & violentiæ, nõ possit apparere de animo intrinseco qd sponte renunciet, & iõ non est admittendus tunc reus, arg. eorum quæ habentur inf. de offic. deleg. c. cum contingat. & sup. de elect. c. bono, il. i. & c. cum dilectus. facit etiam quod not. in simili. inf. de accu. c. cum oporteat, per Innocen. & in Spec. de prob. s. i. circa medium, ver. quid si testes. Imo plus dicit Innocen. qd periculosum est hoc casu admittere testes ad probandũ de spontanea renunciatione quando pbatat non spontanea, & possunt esse plures testes qui viderunt ipsum renunciansse, & non viderunt metum inferri, & pauciores qui viderunt metum inferri. Facit quod habetur in l. ff. quod mer. cau. Et ponebat exemplum Boa. in scholari qui in studio

a renunciat beneficio propter metum qui suis atinẽtibz inferitur in patria, quem metum testes tempore renunciationis qui interfunt, percipere non possunt. † Et per hoc dicit etiam Abbas determinatẽ. q. facti fuisse. Nam quedam puella^b dum iret ad Ecclesiam, fuit raptã, & inducta ad certam domum, demum rapiens vocatis testibus eam despõsavit, demum puella restituta libertati dicit & vult dicere qd non consensit sponte, sed propter violentias raptoris. Nam secundum eum determinatum fuit, quod non admittuntur testes qui inducuntur ad probandum quod ipsa cõsensit sponte allegando forte, quia viderunt eam ridere & similia facere, quod non per hoc necessario concluditur ipsam sponte consensisse^c quia hoc dependet a mentis arcano, & signa extrinseca violentiæ appareant. & sic videtur qd vbiunque appareant signa extrinseca violentiæ, nõ debet admitti quis ad probandum spontaneam voluntatem, secus si indirecte, vel per circumstantias, puta si reus vellet probare quod illi qui dicuntur metum intulisse, in certo loco erant, facit infra de testi. c. ex tenore. & idem si per alias circumstantias vellet probare, puta si reus vult probare qd persona inferens metum, vel quæ dicitur intulisse, est talis quod non est verisimile, quod metum intulerit ex eo, quia potentior^d est persona illius qui dicitur passus vim, quam illius qui dicitur intulisse: vel quia ille qui dicitur intulisse, est persona valde religiosa, & sic non est verisimile, quod alicui vim intulerit. inf. de oper. no. nunc. cap. 2. nam tunc istis casibus debet admitti reus ad probandam spontaneam renunciationem, & qui melius probabit obtinebit, habito etiam respectu ad dignitatem, & qualitatem testium, & sic intelligatur iste tex. circa fi. & iste intellectus sic declaratus videtur in se bonus & valde nõ. tamen quia iste intellectus videtur aliquantulum literam violare, cum dicit. Sine causã cognitione, quia debet exponi, id est sine causã expressione. † Domi. Anton. posuit hic alium intellectum, qd intelligatur litera, prout iacet. & erit sensus, quod si proponatur aliqua exceptio non verisimilis, quod iudex non debet admittere eam, nisi præmissa quadam summaria cognitione, & indagatone super verisimilitudine exceptionis informando se summarie quærendo a partibus, seu ab ipso reo de causis renun. & aliis circumstantiis, ex quibus exceptio possit reddi verisimilis, quibus apparentibus admittet exceptionem, alias repellat, & isto modo potest intelligi. i. q. Secunda autem non mutatur. Nec obstat si dicatur qd vbi exceptio non est verisimilis, non est admittenda, de restitu. spol. ca. sollicitate. quia illud procedit, quando exceptio non est verisimilis nec concludens ad id, de quo quæritur. Vel secundo potest dici qd contrarium procedit quado opponitur exceptio non verisimilis in iudicio de facili expeditibili, & modicũ præiudiciali, vt est iudicium possessoriũ, quia licet in eo succumbat, remanet tñ ius in petitorio, sed hoc intelligat qñ opponet in iudicio plenario. Nec ob. et si dicat, qd vbi exceptio non est verisimilis, nihilominus det admitti, sed excipiens grauat duriori onere probandi. inf. de presump. c. quia verisimile, & l. ff. C. quod me. cau. quia potest dici, qd illa practica non tollit istam, quia prius debet iudex discutere de verisimilitudine, per istum text. secundo grauare eum duriori onere probandi, vel et erit in eius arbitrio, an præmittat istam summariam cognitionem, an vero illa omissa admittat exceptionem, & circa merita causæ discutat de ipsa exceptione & eius qualitate, & grauet eũ

37 etiam duriori onere probandi. † In gl. 2. in fi. melius facit qd nõ. super rub. ff. de dote preleg. vbi in simili patet, qd dictio, præ. abundat sicut hæc dictio, re. Posset tamẽ dici secundũ Inno. qd, re, denotat quandam instãtiam, & sit sensus, repe-

tentibus. i. cum instantia petentibus, non autem intelligatur qd repeteretur beneficium possessorio recuperandũ, quia tunc videretur obstare c. sollicitate. inf. de rest. spol. vbi patet qd contra agentem possessorio nõ admittitur exceptio spontaneæ renun. cuius contrarium hic innuitur. & ideo vt cui tetur contrarium d. c. sollicitate. facta fuit hæc gl. quæ exponitur reposcentibus. i. petentibus, & sic vult qd loquat quãdo agitur petitorio ad beneficium recuperandum, nõ autem possessorio recuperandũ. † In glo. in ver. Resignationis ibi, Quia habeat plura beneficia, supple & forte quæ requirant residentiam, & sic non poterat illa simul tenere. inf. de cle. nõ resi. c. pe. & fi. & ideo renunciabat alteri istorum, vel forte renũciavit ex eo, qd timebat ibi residere pp aeris intemperie, facit quod hñ. inf. c. ad supplicationem, & l. de ætate. ff. ad Treb. vel timebat ibi morari ppter inimicitias, quas ibi hēbat. In ea. glo. ibi, Sponte renunciat. & facit quod hñ in c. proximi. sup. eo. In ea. glo. Quidam signat & c. Hæc gl. intrat aliam principalem difficultatẽ, an videlicet hæc decr. valeat & possit intelligi in agente possessorio recuperandũ, an vero debeat intelligi in agente petitorio. In ea. glo. ibi, Ita soluebat. Aduerte, quia vt patet ex sequẽtibz, glo. voluit ponere duos intellectus: Vnum qd hic intelligitur quando agebatur possessorio recuperandũ, aliũ quod intelligatur, quando fuit actum petitorio & non possessorio, & qd agebatur violentia compulsua, quæ non inducit possessorium recuperandũ, sed actionem personalem, quod met. cau. vel vtilem in rem, nõ violentia expulsiua, quia illa inducit possessorium recuperandũ, vt patet in tit. de resti. spol. † Item aduerte, quia secundum primum intellectum hic agebatur possessorio recuperandũ. gl. facit differentia an excipiatur de renunciatione facta post spoliationẽ, & tunc non admittitur talis exceptio contra agentẽ possessorio recuperandũ, an vero excipiatur de renunciatione facta ante spoliationẽ, & tunc talis exceptio admittitur, & sic intelligatur hic, sed c. sollicitate loquitur in casu precedenti. Quæ aut sit ratio diuersitatis, glo. hic non bene declarat, sed glo. voluit illa sentire in se intellectã, & maxime in ver. Sed spoliatus. & in d. c. sollicitate. nam potest esse ratio diuersitatis, quia quando post spoliationẽ quis renunciat, videtur per talem renunciationem renunciare iuri proprietatis qd habet in ipso beneficio, non autem possessorio, quia tunc non habebat, cum illo esset spoliatus ante, quam renunciaret. & ideo cum in possessorio recuperandũ non debeat admitti exceptio concernens proprietatem, etiam non debet admitti exceptio non canonicæ institutionis, infra de rest. spo. c. in literis. ideo etiam non admittitur hæc exceptio renunciationis, quæ etiã videtur concernere proprietatẽ. nõ & de ordine iuris est, qd prius expediatur causa possessorii, vt C. de interd. l. certi. sed qñ opponit exceptio renunciationis facte ante spoliationẽ, illa vñ cõcludere nedũ ad petitorium, sed et ad possessoriũ, quia si renũciavit tpe, quo habebat proprietatem & possessionem renũciando beneficio videtur renũciare proprietati. & possessio. l. si q. v. s. dñi. ff. de acq. poss. & sic non potest dici, qd postea fuit spoliatus possessione: quia illa perdidit per renunciationem. & ideo nisi mirũ si talis exceptio admittitur, quãdo dñ renũciavit ante spoliationẽ, qd concludit nedũ petitorium, sed etiam possessorium cõpetere, facit quod nõ. in c. cõsultationibus inf. de offi. deleg. Sed aduerte, quia cõtra istũ intellectũ facit, quia vñ qd etiã quando qs renunciat post spoliationẽ, talis, exceptio concludit nedũ ad petitorium, sed et ad possessoriũ: quia renunciãdo simpliciter beneficio, vñ ipsũ habere pro dere-

ADDITIONES

- a Qui suis atinentibus. Adde do de Ro. dec. 177. in nouis, eo. i. u. & ibi ui e qui tenant hoc casu appellatione suorum, & quis metus renunciat.
- b C. r. a hoc qui veniunt appellatione suorum, vide quæ nõ. in l. si femina. C. ad tu. & in c. de cetero, de testi. & in c. constitutus, eo. titu. & in cle. autam, in s. verum, de ele. & nõ. in c. qui uique, de sen. ex com. li. 6. & vide quo t habetur in c. fin. de ver. sig. & lib. vbi habetur, qui dicantur esse iur. clerici. & hñ in l. cum sup. ff. de leg. 3. c. u. te. & in l. suos, & in l. si quis suos, et. & in l. pupillus, in s. hñ. de ver. sig. & vide bon. tex. in l. j. in prin. ff. de eo p que la. erit vbi dicitur qd quilibet de familia potest dici suus, & venit appellatione suorum si. An. Fr.
- b Quidam puella quomodo metus vitat mat. in omium, vide 1. in c. casum matrimonii, de off. d. le. Bar. in l. si quis al. q. test. prohib. Bal. in l. j. C. eo. ut vbi dicit qd vitat, si metus pcesit, licet tpe matrimonii p̄cti non accesserit, vide Old. cõf. 35. & Ro. dec. 377. i. c. Fuit duo iurati i nouis. Ale. in cõf. 45. in 4. volu vbi dicit hoc esse verũ, si sit metus qui cadat in constantẽ virũ. Se. Sa.
- c Sponte consensississe. Adde quod voluit Old. cõf. 36.
- d Potentior. Adde late Ang. cõf. 215.
- e Per renunciat onẽ. Ad Old. of. 217. & ibi dñi & renunciat, pcedat a pari. Panor. super secunda primi.